



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosaes ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Furtis. Tit. XVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

uxorem professam absque viri licentia ei restituendam fore, si ipsa fatetur ante ingressum fuisse consummatum matrimonium, vt per Sanch. de matrim. lib. 10. dist. 12. num. 50. vbi cum Abb. hic num. 6. & in cap. veniens. num. 2. de conuers. coniug. hoc intelligit quando vxor professi continens in iudicio prauam matrimonij consummationem, vel pracedens adulterium te vera stat pro ipsa professione, & superiore conueniente eam confessionem fecit, tunc enim non est verisimile eam contra se mentiri, ac subinde confessio sibi praeiudicat, & monasterio. Nam in assertione matrimonij spiritualis religionis sola confessio professi aduersus professionem nihil operatur, cap. vidua, de regular. cap. quod interrogasti 27. dist. Mascard. de probat. concl. 102. n. 8. Nau. cons. 1. n. 4. sub tit. de adulter. quos refert Franc. Molin. de ritu nups. lib. 1. comp. 15. n. 43.

S Y M M A R I V M.

- 1 Raptus potest matrimonium contrahere cum raptore, vbi datur libera facultas in contrahendo.
- 2 Matrimonium inter raptorem & raptam validum est, si clarè appareat de libera mulieris voluntate.
- 3 Raptor cum raptam contrahere non poterat secundum antiquos Canones.

C A P. Accedens. VII. & fin.

Innocent. III.

- 1 Raptus cum raptore potest contrahere si ambo consentiant, licet prius dissentierint, dummodo sint legitima persona. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Socin. Cened. collect. 92. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 140. Alagona in compendio iuris Canon pag. 82. remissive Ximen in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 3. cap. vna.
- 2 Collige ex text. validum esse matrimonium inter raptorem & raptam, modò appareat clarè de libera mulieris voluntate qua hodie attendit nouissima Concilij Trident. dispositione sess. 24. de reform. matrim. c. 6. clarè apparebit si raptus extra raptoris potestatem abductus, ac loco tuto & libero constituta liberè in matrimonio consentiat: vide Decian. tract. crimin. lib. 8. c. 13. n. 48. Fr. Emman. in summ. tom. 1. c. 232. n. 4. Martien. in rub. tit. 1. gl. 1. n. 142. lib. 5. noua recop. Henric. in summ. lib. 12. c. 14. n. 4. Sanch. de matrim. lib. 7. dist. 12. n. 42. Lessi. de iustit. lib. 4. c. 6. dub. 9. n. 68. cum seqq. resoluente attento hoc cap. non desiderati vt puella extra raptoris potestatem constituta, ac in pristina libertate posita consensum praebeat, sed satis esse vt valeat matrimonium si raptus adhuc sub raptoris potestate existens verè liberè consentiat.
- 3 In gloss. Cum raptore, ibi secundum antiquos Canones, & secundum leges non poterat raptor contrahere cum raptam. Vide Sanch. d. lib. 7. dist. 12. n. 41. Fr. Basil. Ponc. de impedimentis matrim. c. 39. vers. dixi quidem.



De Furtis.

TIT. XVIII.

SUPER hanc rub. scripserunt Zab. Anch. Butr. Ioan. And. Mar. Socin. Panorm. Guillel. Durand. in breuiario aureo iuris Canon fol. 142. verso Petr. de Rau. in compendio iur. Canon. Martin. Mehnart. in

epitome Decretal. fol. 186. Dan. Venat. in analysi metho- dica iur. Pontif. pag. 659. Goffred. & Holt. in summ. huius tit. Al. x. Callan. Anast. Geron. in paratit. C. ad quinque libros Decretal. Lancel. in iustit. Canon. Barthol. Carthag. in exposit. titulorum iuris Canon. Zypaei analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat. pag. 198. Causil. in summ. iuris Canon. Cafarel. in erotem. conlato iuris, nouissimè Ioan. Honor. lib. 5. sum. in Decret. conatus sub hoc tit.

De materia huius text. tractatus edidit Ioannes Bonifac. & Prop. Farinac. & agunt Ordin. Regia. Luffit. lib. 5. tit. 60. vbi parens meus, & apud Castellanos 1. 1. tit. 14. part. 7. vbi Greg. & tit. 16. lib. 8. Ordin. vbi Perez, & tit. 11. lib. 8. noua recop. vbi Azeued. S. Thome. 2. quest. 66. & Caiet. ibi. Sor. de iustit. lib. 5. quest. 3. n. 10. Angel. Syluest. Rosel. Armil. Tabien. & alij Summiste verbo furum, Couar. in reg. peccatum part. 2. §. 1. Bernard. & Salzed. in pract. c. 93. in nouiss. edit. Redimo in promptuario receptorum sentent. tom. 1. tit. 55. de furto, Vela de delictis cap. 12. Boss. eod. tract. tit. de furto, Viti. Kirchou. & Soar. tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 1. Me- noch. de arbit. case 295. cum seqq. Mascard. de probat. concl. 822. cum seqq. Sayr. in clau. Regia lib. 9. cap. 1. Aloys. Riccius in collectan. decis. part. 2. collect. 282. cum seqq. Decian. tract. crimin. lib. 9. cap. 29. cum seqq. Viti. in praxi crimin. part. 7. quest. 165. cum seqq. vbi ad 9. 177. Azor. in iust. moral. part. 3. lib. 5. cap. 11. eum seqq. Molin. de iustit. tom. 3. tract. 3. dist. 680. cum seqq. Lessi. eod. tract. lib. 2. cap. 12. Rebell. de obligat. iustitia part. 1. lib. 3. quest. 15. Valer. Reginald. in praxi fori paniten. lib. 2. 3. a princip. De futurorum panis agit Henric. Bo- cerus, & de furtis, seu te furtiua penes tertium repera Vincent. Caroco.

C A P. Qui cum furatur. I. ex Exod.

QVI furatur hominem, & vendiderit, conuictus morte moriatur. Hæc sunt formalia verba huius text. super quo scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zab. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. Pontif. pag. 240. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 82. remissive Ximen in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 26. c. 1. De poena furantis hominem, & cum vendentis vide l. 1. vbi gloss. 4. tit. 14. lib. 3. for. legum. Christoph. de Paz in scholiis ad leges styli 80. per text. ibi. n. 12.

S Y M M A R I V M.

- 2 Furibus & latronibus in peccato deueniunt. Sacramenta ecclesiastica deneganda sunt, scilicet si in manu eos panis iuit.
- 2 Occisus in fragranti aliquo delicto in publico obstratus censetur, ac per consequens pro eo non est orandum.
- 3 Damnatis ad mortem non est denegandum sanctissimum Eucharistie Sacramentum.
- 4 Sententia corporis afflictissima non est mandanda excusanti eo die, quo condemnatus ad mortem, sumpsit panem Eucharistie sacramentum.
- 5 Declaratur text. in presenti.

C A P. Fures. II. Ex Conc. Tibur.

FVRES, & latrones, si in peccato occiduntur, non est pro eis orandum, sed si vulnerati confitentur suo Presbytero, vel Decano, illis non denegatur commo- nio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab.

Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. in *rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 141.* Alagona in *compend. iuris Canonici pag. 682.* remissive Ximen. in *concord. p. 1.* refertur in appendice Concilij Lateranen. sub Alex. III. p. 34. cap. 2. & à Burcard. lib. 11. *Decretor. cap. 59.* Iuon. p. 13. cap. 45. & ab Anton. Auguft. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 26. cap. 4.*

2 *Visum est pro eis non esse orandum.*] Vult. text. in *præfati* pro eo, qui occiditur in fragranti aliquo delicto, non esse orandum, neque oblationem in Missa fieri debere tanquam pro eo, qui est in publico peccato obstinatus & excommunicatus, ita Fr. Basil. Ponc. *de impedimentis matrimonij. c. 3 §. in fine*, ubi refert hęc agi de raptoribus rerum Ecclesiasticarum, in quos lata est excommunicationis sententia. Et hunc text. intelligendum esse de illis, qui furando, capiend. vel aliis mortaliter delinquendo occiduntur, dicit Fr. Emman. *quest. Regular. tom. 3. q. 61. art. 2. in fine.*

Presbytero, vel Diacono confessi fuerint.] Intelligit text. loqui de ostendente signa confessionis & penitentia, cui non est deneganda Communio, specialiter præterea fit in præfati mentio Sacerdotis, & Diaconi, quia à Sacerdote potest absolui, & excommunicari, Diacono vero quamvis nequeat illum absolui, fit tamen ei potestas in illo articulo, & deficiente Sacerdote ecclesiastica sacramenta ministrandi illi, dummodo aliis se sufficienter dispositum ostendat, ita ex Soar. tradit Ioan. Baptista Costa de *remed. sub fid. remed. 127 num. 11.*

3 *Communione.*] Ex hoc text. Colligunt aliqui assumptionem corporis Domini Nostri I E S V CHRISTI damnatis ad mortem esse concedendam, quod novè dispositum est apud nostros Lusitanos per Ordin. Reg. lib. 5. tit. 138. §. 2. ubi parens meus, & apud Castellanos l. 9. tit. 1. lib. 1. *nouè recop.* ubi Azeued. & tenent Tolet. lib. 2. *summ. cap. 28.* Emman. *Sà verbo Eucharistia num. 2.* Henriq. in *summ. lib. 8. c. 5.* Couarr. lib. 2. *var. cap. 1. num. 11.* Clar. lib. 5. §. *fin. quest. 99. num. 3.* Gom. tom. 3. *var. cap. 14. num. 6. versum adde.* Gam. in *speciali tract. de Sacramentis præstantis ultimo supplicio damnatis*, Hentiq. in *summ. lib. 8. c. 5. num. 4.* Nauar. in *man. cap. 2 §. num. 23.* & *conf. 16. sub tit. de penit. & remis. in antiq. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 2. quest. 109. art. 3.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 2. cap. 10. quest. 5.* Martin. Delri. *disquisit. magic. lib. 5. sect. 18. pag. mibi 423.* Hottenf. *Caluacan. de brachio Regio part. 3. n. 306.* Soar. tom. 3. in 3 *part. disp. 69. sect. 3.* & 4. Valer. *Reginald. in praxi for. penit. lib. 29. num. 70.* & 71. Ioan. Sancius *disp. 40. num. 3.* & 4. Stephan. Fagundez in *quinque Ecclesia præcepta. præc. 3. lib. 1. c. 4. num. 3.* & 4. plures ex antiquioribus refert Cened. ad *Decretum collect. 4. num. 1.* Sententia verò corporis afflictiva executioni non est mandanda eo die, quo condemnatus sumptis corpus Sacratissimum D. N. IESV-CHRISTI, vt per Clar. *d. 9. num. 3.* Cened. *d. collect. 4. num. 3.* & seruati Mantua assentit Hostienf. *Caluacan. d. num. 306.*

5 Verùm hæc prædictorum Doctorum opinio in se vere non probatur ex hoc text. nam quicquid dicat gloss. *hic verbo communionem*, huiusmodi verbum non de Eucharistia communionem, sed de communione Ecclesiastica iuxta quam & oratur pro mortuis, & offertur sacrificium (eorum nomina ad altare recitari consueverunt) ac conceditur ecclesiastica sepultura, iuxta illud, cui communicamus vino, communicamus etiam defuncto, de quo in *c. ex parte 11. in fine. de sepulcr.* Opponit enim text. hic duo illa hominum genera, & eos, qui in crimine comprehensi occiduntur, nullis penitentia signis exhibitis, & eos, qui signis

exhibitis penitentia decedunt, illis hegat communionem, sepulturam scilicet, & oblationum, & orationum ergo eandem concedit istis, atque hunc esse sensum huius text. constabit legenti ea, quæ præcesserunt illa *part. 30. cap. 1. & 2. in cuius fine*, adducitur ab Alex. III. Nec huic intellectui obstant sequentia verba huius text. ibi, *sed si comprehensi, aut vulnerati Presbytero, vel Diacono confessi fuerint, communionem ei non negamus*, quia presbyter & diaconus nominati sunt non tanquam absolutionem impendentes, & confessionem excipientes, quamvis idoneus minister Presbyter sit, sed tanquam testes signorum penitentia, ob quæ sola etiam sui decedenti vult Ecclesia non negati communionem Ecclesiasticam, & absolutionem ab excommunicatione lata contra raptores rerum Ecclesiasticarum, ita subtilis Basil. Ponc. *loco supra citato.*

SVM M A R I V M.

- 1 *Furtum ex necessitate non multum urgente committens, peccat, sed non grauiter, unde imponenda est ei leuis penitentia.*
- 2 *Furans in extrema necessitate non peccat.*
- 3 *Furans aliquid in extrema necessitate, quo sibi subueniat indigenti, an postea factus locupletior debeat tandem restituere, ostenditur.*
- 4 *Furans in extrema, necessitate aliena non peccat.*
- 5 *Mulier fornicans propter necessitatem famis cur peccet, non autem propter eandem furans, ostenditur.*

CAP. Si quis propter, III.

Ex Penit. Theodori.

SI quis propter necessitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vestem, vel pecus, peniteat hebdomadas tres, si reddiderit, non cogatur ieiunare, hæc sunt formalia verba huius text. super quo scripserunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. *Collect. Zabar. Ioann. Andr. Anania, Hostienf. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 141.* Lagona in *compend. iuris Canon. pag. 682.* remissive Casal. in *annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Auguft. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 16. cap. 5.*

Textus iste, quatenus ait imponendam esse penitentiam, ei qui furatus fuit propter necessitatem famis, &c. intelligendus necessario venit de grani necessitate, in qua constituto non licet etiam occulte furti peccare ab opulenti, quia etiam si Diuites possint, & debeant subuenire talem necessitatem patienti, tamen sunt multi alieni egeni occurrentes in pari necessitate constituti, quibus subuenire conuenientius esse iudicabunt, nam arbitrio eorum relicto esse hoc censetur, & re vera est, quia præceptum elemosinæ non datur determinatum ad certam circumstantiam, quare ita resoluunt Sor. *de iustit. lib. 1. quest. 7. art. 4.* Turrian. in 2. 2. *disp. 82. dub. 8.* Valent. *tom. 3. disp. 5. q. 6. puncto 5.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 12. cap. 8. quest. 8.* Valer. *Reginald. in praxi fori penit. tom. 1. lib. 4. cap. 20. num. 267.* Salon. in 2. 2. *quest. 66. art. 7. concl. 2.* ubi subdit, hoc ita esse, quia gravis necessitas non facit res communes, vt facit extrema, nec tribuit ius in aliena: ille enim qui in extrema necessitate constitutus est, (quando scilicet, aut imminet alicui statim mors nisi ei succurratur, aut imminet periculum alicuius grauissimæ infirmitatis, & miseræ, quæ mortaliter loquendo homines conficere soleat) licet potest necessaria sibi accipere

accipere ex rebus alienis absque peccato furti, aut rapinae, quando aliter sua necessitati providere non potest; nam extrema necessitas reddit res communes, atque adeo dominus rei non potest in tali casu rationabiliter egeré ferre, quod indigens rem suam accipiat, quod intelligendum est, dummodo rei ablatae dominus non sit in pari necessitate constitutus, tunc enim non licet illum re sua privare cum in pari periculo, & necessitate melior sit conditio possidentis Colliguntur hæc ex D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 7. ubi Caiet. Bañes, Mich. Salon, & Petr. de Alagona. Clar. lib. 5. §. furtum num. 24. Ioan. Medin. in Cod. de Eleemosyna quest. 6. & 7. Petr. Navar. lib. 3. de restit. lib. 3. p. 4. dub. 5. num. 371. & dubit. ult. numer. 415. Navar. in man. c. 17. numer. 5. vers. quarto, & numer. 118. vers. 25. Couar. in reg. peccatum part. 2. §. 1. num. 3. Bonacof. commun. crimin. part. 1. verbo famis fol. 68. Tiraq. de panis temper. causa 33. Brun. de cessione honorum. part. 4. quest. 2. num. 4. vers. & ideo, Tolet in instruct. Sacerd. lib. 5. cap. 15. Mex. in tract. tasse panis concl. 1. num. 12. Lara in l. si quis à liberis, in princip. numer. 41. ff. de liberis agnosc. Benincas. in tract. de paupertate quest. 7. spec. 9. num. 20. cum seqq. Surd. de alimentis tit. 8. prinul. 39. Menoch. recond. 10. recip. num. 97. & de arbit. casu 132. num. 27. & cons. 31. num. 11. & num. 30 cum seq. Didac. Quantet. in quest. crimin. tit. de furt. c. 8. num. 3. vers. & quando licebat. Ioan. Bapt. Cozza de remedia. subsidior. remedia. 106. illat. 7. Sayr. in clavi Regia. lib. 9. c. 14. num. 17. cum seqq. & lib. 10. tract. 5. c. 1. num. 20. & 41. Farin. in praxi crimin. part. 7. de furtis quest. 174. numer. 68. cum seq. Azor. institution. moral. part. 2. lib. 12. c. 8. q. 6.

3. Quæstio est dubia, an huiusmodi in extrema constitutus necessitate alienum accipiens, quo sibi subueniat indigenti postea factus locupletior debeat tantundem restituere; in qua quæst. licet affirmatiuam partem sequantur Navar. d. c. 17. num. 61. Couar. d. §. 1. num. 4. Benincas. d. spec. 9. numer. 37. Lessi. lib. 2. de iustit. cap. 16. dub. 1. num. 8. verior tamen est negatiua in rebus vsu consumptibilibus, ex ea ratione, quia omnis obligatio restituendi nascitur, vel ratione rei acceptæ, vel ratione acceptationis, sed is, qui consumit aliena in extrema necessitate non obligatur ratione rei acceptæ, quia apud se non habet cum bona fide consumperit: nec tenetur ratione acceptationis cum non fuerit iniusta, quia accepit in extrema necessitate, & ex alia parte non accepit per contractum, vel quasi contractum ex quo alioquin teneretur, ergo nulla est obligatio restituendi, ita Surd. d. prinul. 39. num. 11. cum seqq. Azori. d. c. 8. quest. 7. & cap. 9. quest. 1. & part. 3. lib. 4. c. 39. Sayr. d. c. 6. à num. 11. nouissime Illustrissimus D. meus Rodericus à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus, in comment. ad cap. scilicet 8. numer. 7. disp. 47. plures pct. Cenc. ad Decretum collect. 48. num. 5.

4. Amplia procedere supradictam resolutionem non solum in extrema necessitate propria, sed etiam aliena, ex Navar. comment. 2. de regul. num. 28. Surd. d. prinul. 39. num. 6. ubi num. 9. tener licitum etiam esse forum aliarum rerum quam comestibilium, quando comestibilia non inueniuntur, quia potest quis aliam rem capere, & ex eius venditione pretium comparare ad emendum panem, nam regula est, quod omnia sunt communia necessitatis tempore, & text. in præfenti, dum facit mentionem de veste, & pecore, loquitur, per modum exempli, quod non restringit regulam, & paria sunt quod quis panem rapiat, vel aliud ad comparandum panem. Amplia etiam procedere in valde graui et si non extrema, puta si fuerit necessitas morbi, famis, nuditatis, &c. nam cum diues in illo casu teneatur dare, ita pauper potest accipere absque

iniuria ipsius, nam facit id ad quod ipse teneretur, ita Angel. verbo furtum num. 37. Emman. Sa eod. verbo n. 1. petr. à Nauar. de restit. lib. 3. part. 4. c. 1. dub. 5. Lessi. de iustit. lib. 2. c. 12. dub. 12. n. 71. Maldet. in 2.2. quest. 32. art. 6. dub. 6.

In gloss. præterit. ibi. sed quare non excusatur malitiam à fornicatione propter necessitatem famis. Respōdet Surd. d. iur. 8. prinul. 40. vel quia tempore necessitatis res omnes sunt communes, humana autem creatura non est in fructu, & mulieres non sunt communes, vel quia fornicatio non extinguit famam sicut furtum, vel quia famis cogit immediatè ad furandum, fornicatio verò mediatè. Vnde bene Hentiq. in som. lib. 11. cap. 8. num. 3, in comment. lit. G. quærit quare in extrema necessitate liceat accipere rem alienam, & occidere inuisorem, nec id est contra quintum, aut septimum præceptum, & respondet, quia est medium per se ordinatum in finem conseruationis, & defensionis propriæ, non tamen licet fornicari, aut mentiri, quia non est medium per se.

SYMMARIUM.

1. Furem non indicans propter lucrum quod ab eo consequitur rem peccati est.
2. Furem, aut furum non indicans, quando peccat, & al. restitutionem obligetur, ostenditur.
3. Episcopi, & eius Vicarij possunt etiam ad instantiam partis concedere monitorias generales contra recalcitrantes bona alicuius, & non manifestantes, quod in relige ut ibi.
4. Furan rem alienam si ea indiget ad subleuandam propriam necessitatem, antequam vi monitoriorum, ostenditur.
5. Defensio vitæ, & bona proximi defensione indigentis, & volentis quilibet tenetur sub peccato mortali, si conuodè, & absque notabili damno poterit.
6. Turpiter accipit qui gratis tenetur prestare.
7. Declaratur l. 4. §. si sibi ff. de condit. ob. non p. cur. lam.
8. Inventor rei alienæ an teneatur gratis domino restituere, ostenditur.

CAP. Qui cum fure. IV.

NON solum fur, sed furti conscius, qui quærenti possessori furem non indicat, reus est furti, Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. rel. Ioan. Andr. Anania. Hostiens. Ancliar. Bata. Penormir. Mar. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. rari Pontificij pag. 141. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 682. ramiuodè Ximen. in concord. p. 1. & 2. delimitur ex D. Hieron. super Parabolas Prometh. cap. 29. refertur ab Anton. Augustin. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 26. cap. 6.

Non fur solum] Aduertit Couar. in reg. peccatum. part. 2. §. 3. num. 4. & 5. quod et si in præfenti furti conscius id non reuelans possessori, & domino, fur appellerur, id verum est quoad furti culpam, non tamen quoad obligationem restituendi. Et Flores de Menavari. quest. lib. 1. quest. 18. num. 8. dicit quod præterquam quod loquatur quoad forum interius, loquitur etiam de indicando furto, & non de indicando fure, quia aliud est indicare furem, & ad hoc non tenetur sciens, & aliud iudicare furtum, aut rem furatam, & ad hoc tenetur sciens, prout text. hic decidit.

Quærente possessore non indicat.] Ergo Episcopi, & eius Vicarij possunt etiam ad instantiam partis concedere

cedere monitorias generales sub excommunicatione contra eos, qui alienum vel iniuste detinuerint, & intra certum tempus non restituerint, vel ab alio sic detentum scientes non reuelauerint, vt per Abb. hic n. 2. Fr. Emman. in summ. tom. 2. cap. 79. in princip. & precipue à num. 2. Nau. in man. cap. 17. num. 119. & 145. & cap. 18. num. 40. Gutier. canon. lib. 1. c. 11. num. 1. cum seqq. Lessi. de iustit. lib. 2. c. 30. sub num. 43. & 50. Couart. in reg. peccatum. part. 2. §. 3. num. 5. Flores de Mena var. quest. lib. 2. quest. 18. num. 58. & 59. Cordub. in suo question. lib. 1. quest. 43. dub. 2. vers. contra supra dicta. Quæ quidem resolutio limitatur quando accipiens alienum, retinuerit illud in compensationem iustam alicuius debiti legalis, cuius solutionem aliter obtinere commodè non poterit, tunc enim ipse detinens & compensans non tenetur restituere, & respondere dictis monitoriis, sicut nec alij, qui certò & bene nouerint iustitiam dicti debiti sic compensari, vt bene resoluunt Syluest. in summ. verbo furtum 1. quest. 5. Nauar. d. num. 114. Gutier. d. cap. 11. num. 67. cum seqq. Lessi. d. num. 50. & alij, quos refert, & sequitur Fr. Emman. d. cap. 79. num. 11. rectè aduertentes ab huiusmodi reuelatione non excusari illum, qui dicti debiti legalis certus non fuerit, sed dubius, licet taliter compensans, esset eius fidei, virtutis, & auctoritatis, vt merito propter solum eius dictum deberet audiens depellere hanc dubietatem, iuxta sententiam gloss. verbo actiões ad fin. in l. Trio fundus 73. ff. de condit. & demonstr. quam in hoc vt singularem commendat Nauar. d. num. 114. in fine, Fr. Emman. d. num. 11. Deinde limitatur, quando ipse, qui rem alienam furatus est, indiget ea ad subleuandam propriam necessitatem, vt quia facta ipsius restitutione, incidere in extremam inopiam, vel etiam sustineret grauissimam sui status iuste obrenti iacturam ob calamitatem abque sui culpa ex improuio eidem superuenientem, & ad eas angustias rigidentem vt hanc restitutionem rei olim furatæ facere non possit absque dicti status iactura, & insimul supponatur ex hac restitutionis dilatione leue solum detrimentum imminere creditori, etenim in hoc etiam casu dampnum hoc ex dicto furto præterito imminens eidem creditori, est accidentale tantum, nec dici potest imminere ex actuali malitia furis, quippe quod eam non habet dum non restituit in his indigentia terminis, quia scilicet huiusmodi indigentia dum durat, solet à restitutione excusare quantumuis debitum procedat ex furto, vel alio quolibet delicto, iuxta ea, quæ ad intellectum & limitationem text. in reg. peccatum, de regulis iuris in 6. & in cap. si res aliena 14. quest. 6. cum similibus resoluunt post alios Couar. in ead. reg. peccatum part. 1. in initio num. 2. Nauar. in man. cap. 17. n. 55. in fine, cum seqq. Lessi. de iustit. lib. 2. cap. 15. à num. 26. quidquid oppositum quoad prædictam status iacturam in debito proueniente ex delicto crediderint in sola restitutionis dilacione ob extremam necessitatem consentientes cum aliis per eosdem relatis Molin. de restit. tractat. 2. disput. 754. sub num. 2. col. 2. in med. Rebell. de obligat. iustitia, part. 1. lib. 2. quest. 17. sect. 4. num. 24. & 26. iunctis præcedentibus à num. 21. vnde bene Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 5. cap. 6. numero 31. resoluit abscondentem bona aliqua in fraudem creditorum ea in suam ipsorum solutionem ex legitima adiudicatione prætentendum ne ab illis capiatur, si ei essent necessaria ad vitam sustentandam, posse etiam rogatum à iudice iurare amphibologie se nulla bona abscondita habere, atque item posse iurare idem scientes, dummodo illis constet licitè cum abscondere ad dictum finem, intelligendo scilicet secum non habere bona abscondita, quæ ipse teneatur iudici ma-

nifestare, quasi hæc, & non alia sit, nec esse possit intentio legitima huius interrogationis, & cætera.

In gloss. Indicat, ibi, vt non peccat, qui aliquid accipit, vt indicet. Opponit gloss. hæc de text. in l. 4. §. si tibi ff. de condit. ob turpem causam, & in l. solent vers. solent ff. de præscriptis verbis, dum probant posse quilibet pecuniam, vel quid aliud accipere, etiam ex pacto pro seruis fugitiuis, vel aliarum rerum furibus indicandis, difficultas ex eo oritur, quia sub peccato mort. quilibet tenetur defendere vitam, aut bona alia proximi huiusmodi defensionem volentis, & ea indigentis, si commodè, & absque notabili damno poterit, vt per Couar. in reg. peccatum. part. 2. §. 3. sub num. 4. & 5. Clau. in reper. l. vt vim vis, ff. de iustitia, sub num. 127. vbi Curt. num. 59. Hippol. Rimin. sub num. 391. & Bologn. num. 79. Molin. de iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 18. num. 2. Flor. de Mena var. quest. 18. num. 9. & 10. Farin. in pract. crimin. quest. 125. num. 306. ac proinde non posset pro huiusmodi defensione accipere ex pacto aliquam pecuniam, quia scilicet turpiter accipiet cum gratis teneretur implere hanc suam obligationem, iuxta text. & ibi notata in l. 2. & in l. 4. & in l. ult. ff. de condit. ob turpem causam, post alios Anton. Gomez var. tom. 3. c. 2. sub num. 8. Couar. d. §. 5. num. 6. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 93. à num. 1. cum seqq. Lessi. cod. tract. lib. 2. cap. 14. à num. 62. Quare dicendum est in d. l. 4. & in d. l. solent, non fuisse pecuniam acceptam, vel promissam in præmium pro sola simplici manifestatione serui fugitiui, vel furis, vel rei furtiua: pro hac enim manifestatione, vt pote continente debitam bonorum proximi defensionem, accipi nihil posset ab eo, qui absque labore, & expensis rem ipsam inueniret, aut nosceret eius locum, vel eundem furem sine cuius indicatione res furtiua domino reddi fortasse non posset, vt post alios aduertit Couar. d. §. 3. sub num. 5. Molin. d. disp. 93. num. 3. cum seqq. Lessi. d. cap. 14. num. 66. & 69. fuit ergo in terminis prædictorum iurium accepta vel promissa pecunia in præmium pro alio diuerso & licito respectu, videlicet pro labore & industria inquirendi seruum fugitiuum, aut aliam rem furtiuam, cuiusque furem, vt bene intelligit Couar. vbi proxime, Molin. d. num. 3. post princip. Lessi. d. num. 66. & 69. & satis indicant verba text. in d. l. solent, ibi. solent etiam mercedem huius rei accipere, &c. iuncta proprietate verbi, mercedem, quæ proprie datur pro labore, iuxta illud vulgare, Dignus est operarius mercede sua, & iunctis etiam his, quæ in quolibet alio opere in alterius commodum cedente resoluit Lessi. vbi proxime, & Molin. d. num. 3. col. 2. vers. iuxta posteriorem, inde constituens, quod licet illud opus sit in obligatione ex præcepto charitatis, tamen compensandum est ab eo, in cuius utilitatem cedit, pro modo scilicet laboris, & sumptuum, si hæc pretio digna sint, id consequenter obseruans ad curam medicorum, ad patrocinium aduocatorum, & ad exhibendum cibum extremè indigentibus aut equum ad euadendam mortem iniustam, & ad domum proximi ab incendio, aut direptione liberandam, & ad alias similes subuentiones erga proximum, ad quas licet quilibet dum potest, ex charitate obligetur, sed pro pretio labori & sumptibus respondente, si dictis solutionibus indigens soluendo fuerit, quod etiam obseruat Nauar. in man. cap. 17. à num. 61.

Iuxta quam resolutionem intelligenda etiam sunt & limitanda verba text. in l. falsus §. qui alienum ff. hoc tit. vt scilicet dum dicunt improbè peti aliquid pro restitutione rei inuentæ domino faciendæ, intelligantur procedere non quidem vt excludant iustam compensationem laboris, industriæ, & expensarum factarum

DSA
an

rum in inuentione eiusdem rei, iuxta suprapositam resolutionem, sed solum procedant quando eorum nihil impensum est, tunc enim gratis restituere tenetur inuentor, vt post Bart. in d. §. qui alienum, & est post Alber. & Iaf. in d. §. sibi, & post alios alibi resolut Couar. d. §. 3. num. 3. Azeued. l. 6. num. 55. & 60. tit. 15. lib. 4. nona recopil. Anton. Gomez tom. 3. var. cap. 5. sub num. 3. Lessi. d. cap. 14. num. 66. & 72. Molin. d. tract. 2. disp. 83. num. 6. Rebell. d. quest. 20. num. 3. bene insuper aduertens posse inuentorem recipere iuste & retinere datum etiam ob solum restitutionem rei sine villo labore, aut impensis inuentæ, si tamen legitime appareat saltem ex coniecturis id sibi gratis, & sponte à domino datum fuisse.

S V M M A R I V M.

- 1 Fur occultus potest post restitutionem & penitentiam ad sacros ordines promoueri.
- 2 Calicem rapiens sacrilegium committit.
- 3 Confessus sponte mitius punitur.
- 4 Criminosi & infames occulti si promoueri voluerint, non debent aliqua ratione prohiberi.

C A P. Ex litteris V. & fin.

Alexand. III.

- 1 **F**ur occultus, id est, de quo non est nota, & infamia manifesta, facta satisfactione, & saltem aliqua parte penitentia, potest ordinari si illud non obstat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. inris Pontif. pag. 142. Alagona in compendio inris Canon. pag. 683. rursus Ximen. in concord. part. 2. refertur ab Anton. Augustin. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 26. cap. 7.
- 2 **Calicem quendam in Ecclesia, &c.]** Et ita rapiens Calicem sacrilegium committit ratione rei sacræ, de quo vide Lessi. de iustitia lib. 2. cap. 45. de sacrileg. n. 5. cum seqq. Soar. de relig. tom. 1. tract. 3. de sacrileg. lib. 3. c. 5. à n. 4. & cap. 6. à princip.
- 3 **Si sponte confessus.]** Ergo mitius punitur qui sponte confessus est, de quo vide Tiraq. de penis temper. c. 10. à princ. Clar. in pract. §. fin. quest. 60. vers. non desunt, Direct. Inquisit. part. 3. commento 12. tom. 12. col. 5. Farin. in praxi crimin. quest. 81. num. 26. & 172. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 3. resol. 20. vers. quartus, & resol. 35. n. 2. Illustrif. D. meus Roder. à Cunha in commentar. ad c. 3. num. 1. dist. 50.
- 4 **Ad sacros Ordines non dubites promouere.]** Notatur ad hoc, quod etiam infosi & inf mes occulti si promoueri voluerint, non debent aliqua ratione prohiberi, vt per Bellef. disquisit. cleric. part. 1. tit. de disciplina cleric. §. 10. num. 36.



De Usuris.

TIT. XIX.

SUPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. latè Mar. Socin. Anchar. Butr. Panorm. Aloyf. Riccius collect. 1045. Durand. in breuiario aureo inris Canon. fol. 144. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 181. Petr. de Rauen.

in compendio inr. Canon. Martin. Melnat. in episcopo Decretal. fol. 186. verso, Dan. Venat. in analysi theologiae iur. Pontificij à pag. 662. Goffred. & Holt. in sum huius tit. Alex. Castan. Anast. Germon. in parisijs ad quinque libros Decretal. Lancell. in institut. Canon. Balthol. Carthag. in exposit. titulorum inris Canon. Zyprian. analytica postremi inris ecclesiastici enarrat. pag. 399. Camil. in summa. inris Canon. Cafarel. in etoico. casuum inris, nouissimè Ioan. Honor. lib. 5. sum in Decretal. tit. sub hoc tit.

De materia huius tit. agunt Ordin. Regia Lusitan. lib. 4. tit. 67. vbi patens meus, & apud Castellanos lib. 6. tit. 6. part. 1. vbi Gregor. Lop. & l. 1. tit. 2. lib. 8. Oriol. vbi Perez & l. 4. tit. 6. lib. 8. nona recopil. vbi Azor. Clar. in pract. §. usura, Couar. var. lib. 3. cap. 1. cum seqq. Nauarr. in manu. cap. 17. num. 206. cum seqq. & in comment. de usuris ad cap. si fuerit ab eis 14. quest. 3. Nuan. Soar. Kirchou. & alij tom. 1. commun. opinion. lib. 2. tit. 2. pag. mihi 595. cum seqq. Menoch. de arbit. c. 398. & de presump. lib. 3. pres. 122. D. Barboza l. 2. part. 1. ff. soluto matrimonio. Casp. Rodric. de amittendis lib. 3. quest. 4. Felician. de censib. lib. 1. cap. 5. Cur. Philipp. part. 2. lib. 2. cap. 1. Decian. in tractat. lib. 2. c. 27. Molin. in empirio inris part. 1. tit. 8. quest. 88. Veda de delictis cap. 38. Gutierrez. canon. l. 2. cap. 18. Maliquat. de infidelib. part. 1. cap. 1. Bernad. & Salzed. in pract. cap. 91. & 92. in nouiss. edit. Ioseph. Sesse Aragona de cif. 148. Don. Gare. Mastrill. Sic ilia decis. 06. Boubill. in sua politica lib. 2. c. 17. num. 42. Valac. conf. 16. num. 2. & conf. 70. Pradil. in summa legum penatium lib. 1. c. 13. Bernardin. Mafatel. in praxi crimin. tit. de usuris, Cerdof. in praxi iudicium & advocat. v. b. usura, Aloyf. Ricc. in collect. decisionum collect. 2752. 56. 622. 138. 2045. 2046. & 2078. Galigner. de iure publico lib. 2. tit. 43. Rendina in promptuario recept. sentent. tom. 1. c. 127. de usuris, Paul. Layman. in theologia moral. lib. 3. tract. 4. c. 16. Et de vsuris integros tractatus edidit Alphons. de Villagut, Laurent. de Rodolphis, Ombromanus, Lup. Geminianus; circumfertur quoque volumen continens tractatus illorum trium celeberrimorum Petri Gregor. Alphons. à Neapoli; & Leij Zeechij. Item Theologi de vsuris agunt in 2. dist. 1. vbi Gabr. quest. 11. & Mai. quest. 29. D. Thom. de contr. interpres. 2. 2. quest. 8. Sor. de iustis. lib. 6. quest. 1. Conrad. de contractib. tract. 2. per 37. questiones, Melan. de rebus restituendis ex usura, D. Antonin. part. 2. c. 6. cum seqq. Angel. & Rosel. Syluest. Atroll. Cane. ceteri Summistæ verbo usura Petr. Nauar. lib. 3. de usuris part. 2. c. 2. Bonacin. de contractib. disp. 3. quest. 2. part. 1. Et ex doctiff. Patribus Societatis I. S. V. Melan. de iustis. tract. 2. disp. 303. cum seqq. Leonard. Lessi. eod. tract. lib. 2. c. 20. dubit. 4. cum seqq. Rebell. de obligat. iustis. p. 2. lib. 8. de usuris, Azor. instit. moral. p. 3. lib. 5. v. 1. Reginald. in praxi fori penit. lib. 23. n. 44. cum seqq. Ioan. de Salas de contract. tract. de usuris.

S V M M A R I V M.

- 1 Usura est lucrifacere fructus rei pignorate, fallit in casu suo hio exceptio.
- 2 Declaratur text. in presenti.
- 3 Usurarium crimen ad Ecclesiam pertinet.
- 4 Usuras faciens à clericatu reuocatur.
- 5 Fructus intelliguntur deductis expensis.

C A P. Plures. I. Alex. III.

Possessiones in pignus data pecunia accipiens, debet fructus pignoris deductis expensis in sortem pignoris